



9008

1766, 33.

RHAPSODIAE

*Quaestionum in foro quotidie obuenientium
neque tamen legibus decisarum*

3

Collectionem IX.

P R A E S I D E

CAROLO FERDINANDO HOMMELIO

FACULTATIS IURIDICAE LIPSIENSIS

ORDINARIO

DIE XX. FEBRUARII MDCCLXVI.

P R O O B T I N E N D A

I N V T R O Q V E I V R E D O C T O R I S

D I G N I T A T E

D E F E N D E T

IOHANNES FRIDERICVS BAVER

LIPSIENSIS.

L I P S I A E

EX OFFICINA LANGENHEMIA.



OBSERVATIO CCVI. Ius congrui partem auulsam praedii censu-
 alis (siue rusticum fuerit siue vrbantum, nam et in aedes cade-
 re certum est) restituit. Neque refert, vtrum reuocans maio-
 rem, an minorem partem totius possideat aut illa, quam te-
 net, pars principalis sit? cum et possessor minoris particulae maiorem auul-
 sam retrahat. Probanda tamen consuetudo, quoniam ius congrui
 tanquam singulare, ne in Thuringia quidem, penitus praesumitur. Di-
 cuntur autem agri congrui, qui vni eidemque domino censum praestant
 et ab vno eodemque domino recognoscuntur secundum illud: *Einerley*
Lehn und Zinsen spiltzen, vnde ex libro censuali qualitas congrui optime
 demonstratur. *FRITSCH* in *Tract. de iure congrui cap. 8. §. 7.* Etenim
 vni domino censum non praestantes agri, licet per seculum cum fundo
 tuo vniti fuerint, non congrui dicuntur, sed promobiles, *walzende Stücke.*
 Est et alia nota congruentium agrorum, nempe etiamsi dominis diuersis
 censum praestent, si tamen in feudali catastro auulsus et quem retracturus
 possidet, tanquam vnum totum consignatus fuerit, iure congrui redingra-
 ri possunt. Retrahenti plane idem praestandum, quod extraneus emtor
 obtulit; attamen si in fraudem eius maius solito pretium simulatum, aut
 dicis causa partim venditum partim donatum dicatur praedium, has ven-
 ditoris atque extranei emtoris iniquitates, has calumniantium fraudes, per
 iuramentum delatum, scilicet dolo malo non ita actum esse, expellantur,
CARPI. P. 2. consit. 33. desin. 2. Rescinditur emtio congruentis agri, vt
 verbis forensium vtar, ex nunc, non ex tunc; quasi res extraneo vendita
 fuisset sub tacita conditione *resolutiua*, vnde qui interea possedit tanquam
 bonae fidei possessor fructus lucratur. *arg. L. 2. §. 1. L. 3. ff. de in diem*
addict. Neque enim prior haec emtio nulla declaratur, cum omnino va-
 lida erat, sed tantummodo rescinditur. Hinc etiam meliorationes, quas
 durante cum retrahente processu emtor fecit, extraneo restituendae, non
 necessariae solum, sed etiam vtilis, *L. 39. §. 1. ff. de minor.*
L. 37. ff. de hered. pet. Cum autem vtilium expensarum probatio
 nimium difficilis, salubriter Mandato Regio d. 26. Ian. 1732. in causa huic
 quodammodo simili constitutum, vt per peritos taxatores praedium aesti-
 metur. Neque tamen restituendae sunt huic extraneo contributiones
 bellicae, aut alia onera, quae ante aut post institutam litem praestitit, quo-
 niam extraneus, qui huc vsque possedit, fructus, qui et incommoda pa-
 riunt, lucratus est. *RICHTER P. 2. Decis. 76.* Vbi plures retrahere cu-
 piunt, qui maiorem partem praedii olim diuisi tenet, merito praefendus,

T

aut

aut si hoc non liqueat, fors ducenda. *ENGAV Elem. Iur. Germ. lib. 3. §. 98.* Intra annum, non Saxonicum sed civilem (*Const. El. 32. P. 2. ibique CARPZ. desin. 4.*) a die scientiae computandum huic iuri praescribitur. Nunc verba laudatae Electoralis constitutionis, consideranda: *Wo aber dergleichen Denunciation nicht geschiebet, oder der so die Näbergeltung hat, den Kauf gänzlich nicht abschlaget, sondern Bedenkzeit nimmet*, quae satis innuunt, denunciationem siue oblationem absolute necessariam non esse, sed siue neglecta siue facta sit, annale spatium a die scientiae computandum ius retrahentis perimere, licet *FRITSCHIVS de iure congrui cap. 7.* dissentiat. Actio recte instituitur aduersus extraneum emtorem in foro rei sitae, cum realibus annumeretur, vtpote ex retractu legali descendens. *BERLICH P. 2. conclus. 40. num. 100. STRYCK. de succ. ab Intest. diff. 6. c. 4. §. 5.* Cessat ius congrui in subhastationibus. *O. P. S. ad tit. 40. §. 3.* item si resignatio solennis domini facta et res emtori iudicialiter iam tradita fuerit *arg. constit. Elect. 31. P. 2.* ibique *CARPZ. desin. 13.* Nisi forte retrahens venditionem factam esse plane ignorauerit, tunc quidem nihilominus retrahit, neque tamen nouum tunc laudemium dominus censualis a retrahente petit, ne praeter modum duplici oneri contrahentes succumbant. *FRITSCH de iure congr. cap. 8.* Prior tamen ille extraneus emtor hoc iam solum laudemium a domino censuali vt repetat, non opus habet, sed iure retentionis vtitur, vsque dum ipse retrahens laudemium solum ipsi restituerit. Quaestiones hasce de iure congrui varias sequens Responsum Iuridicae Facultatis paulo prolixius diluit. *Obwohl Klegerin mit denen Verkaufern obgedachter Grundstücke, welche allerdings altvaterliche Stamgüter zu nennen, in Blutsfreundschaft stehet, auch des gemeinschaftlichen Großvaters Kunzens Enckelin ist; Hiernächst wenn innerhalb Jahresfrist die Klage angestellt wird und der Käufer solche erhandelte Stamgüter noch nicht in Lehn erhalten, die beschohene aufserrichtliche Uebergabe dem Abtriebs-Rechte keinen Einhalt thut: Uebrigens diese Güther in Thüringen gelegen, wo das Gespilde Recht an meisten Orten üblich ist, auch Retrahent in allenfalls, das in dem Dorfe, wo die Aecker gelegen, diese Art des Abtriebes eingeführet sey, da nützig, zu erweisen gedenket, das aber die in Streit gezogene, keine watzende sondern wirkliche gespaltene Güther, dieselbe daher, das solche mit den ibrigen einerley Lage und Nachbarn habe, also beyde sich mit einander messen, alsonderlich aber vormalen einen Eigenthümer, nemlich obgedachten Kunzen gehöret, und nur durch Erbtheilung von einander gekommen und getrennet worden, zu behaupten suchet, anbey wenn das Principale zurück verlanget werden kan, das an dem Inventario, cum accessorium imiteretur naturam sui principalis Klegerin ein gleiches Recht zustehet, keinen Zweifel unterworfen zu seyn scheint,*

scheinet; Endlich aber und auf alle Fälle, daß wenn ja diese Art des Abtriebes nicht verstatet werden solte, gleichwohl allerwenigstens nach Maassgebung der allergnädigsten 17. Decision von Jahr 1746. nach welcher die abgerissenen Pertinenz Stücke zum Hauptguth gebracht werden sollen, und bey gewissen Fellen sogar der geschlossene Kauf für nichtig und unkräftig erklaret wird, ihr vor einen fremden Käufer der Vorzug gebühre, behauptet werden möchte. Demnoch aber und diemeil wenn von Allodial-Güthern die Rede, nur Kinder den wegen Blutsfreundschaft nachgelassenen Vorkauf und Abtrieb aus zu üben befugt, Constit. El. 31. P. 2. immasen wenn ein solches Stammguth, wie bey gegenwertigen Falle geschehen, von einem derer Collateralium erkaufet wird, die übrigen Seitenverwandte dergleichen Recht nicht haben, sodann Inventarien Stücke keine eigentlich sogenannte Zubehörte; so viel aber das Gespilde anlanget, es nicht genug ist, daß derjenige, so daher einen Abtrieb zu erlangen suchet, was maassen das zurück verlangte Grundstücke ehedem einer einzigen Person eigenthümlich gebüret, erweise, auch auf die Lage und Nachbarschaft, oder daß ein Stück sich mit den andern messe, nichts ankommet, immasen hier von Gespilde und nicht vom Retractu iure vicinitatis die Frage ist, sondern vielmehr, daß dasjenige Grundstücke, daran er den Vorkauf sich anmaasset, mit dem seinigen in dem Steuer-Catastro ein Ganzes ausmache, nach der Hand aber gespalten und getheilet worden, oder aber, daß beyde gleiche Lehn und Zinsen haben, ihm darzutun oblieget; Woferne hingegen verschiedene Grundstücke besonders catastrirret, oder aber auch in andern Falle verschiedenen Lehnherren Zinsen entrichten, ob sie schon einem Eigenthümer ehedem zuständig gewesen, nichts destoweniger wie vor und nach ein jeglicher Acker für sich als ein Ganzes zu betrachten, also beyde watzend verbleiben, gleichwohl aber in der uns zugesendeten Geschichts Erzählung: daß solche Aecker zuerst der Großvater Kunze einzeln zusammen gebracht, angeführet wird, mithin solches für gespaltenes Guth keinesweges ausgegeben werden mag; Hiernachst wenn auch gesetzten Falls unter denen verkauften 53. Aeckern einige wirklich gespalten waren, nichts destoweniger, da das übrige ungespalten und watzend ist, der ganze Kauf dieserwegen nicht zerrissen und aufgehoben werden mag, sintemalen FRITSCHENS Meinung in Tract. de iure congrui cap. 8. §. 5. welcher die Frage: Si plura bona simul vendantur, in quibus nonnulla iugera continentur, quae quis iure congrui retrahere possit? in folgenden Worten bejabet: Hoc affirmandum, ne in potestate sit venditoris, hoc modo saltim per indirectum ius statuto alteri competens auferre; Alteri enim per alterum nullo modo iniqua conditio adferri debet, et hoc iure Wurtenbergico expresse constitutum est, ungegründet, (vide supra Observat. XLIII.) In übrigen wenig zur Sache thut, daß

der retrahirenden Klegerin von denen Verkaufern vor beschebener Veräußerung nicht die mindeste Nachricht gegeben worden, immasen dergleichen Ankündigung allenfals nur bey dem eigentlich sogenannten pacto protimiseos, als einem conuentionali retractu, mithin nur in einem gewissen Falle, keinesweges aber bey diesem retractu legali, erforderlich; Uebrigens die siebzehende derrer allergnädigsten neuen Decisionen von Jahr 1746. einzig und allein von Perzinenzstücken handelt, hier aber und bey gegenwertiger Frage, daß Klegerin das Hauptguth besitze, davon die verkauften Aecker wahre Zubebürungen waren, auf keine Art zu behaupten, absonderlich aber und haupsächlich erworbenes Gesetz nur sodann dergleichen Veräußerung für ungültig erklaret, wenn der Käufer keine proportionirliche Abgaben übernommen, sondern der Verkäufer solche auf dem Hauptguth behalten, welches im gegenwertigen Falle nicht geschoben. So ist Klegerin an denen verkauften Aeckern und mit solchen zugleich veräußerten Inventarien Stücken ein Naber-Geltungs Recht weder Blutsfreundschafts halber, noch auch Kraft des Gespieldes zu verlangen befügt, es mag auch der geschlossene Kauf nach der neuesten im Jahre 1746. ergangenen siebzehenden Decision auf keine Weise hinterzogen werden.

CCVII. Dicant tandem aliquando nostri in Saxonia Iustitiarü, falsam furis admonitionem esse, si ad confessionem ita exhortentur: daß daferne er bey der anietzo vorzunehmenden summarischen Vernehmung den begangenen Diebstahl nicht gestehen werde. etc. Nam vt in primo examine fur confiteatur opus non est, cum remissio aut restitutio ei proffit, etiam si statim hoc et ab initio non fiat, dummodo confiteatur ante responsionem super articulis. Itaque furi dicendum potius: daferne er vor der Antwort auf Inquisitional- Articul die ihm beygemessene Deube nicht gestehen würde.

CCVIII. Praescriptio iure Germanico neque bonam fidem neque iustum titulum requirit. HEINECCIUS *Elem. I. Germ. lib. 2. §. 106.* RICCIUS *de praescript. Germ. cap. 3.* Quo iure in feodorum praescriptione hodie vtimur II. F. 26. §. 4. II. F. 33. TITIVS *Teutsch. Lehrn. c. 12. §. 20.* Idem iure Romano, quo nullo iusto titulo nec bona fide opus, L. 3. L. 4. L. 7. C. de praescript. 30. vel 40. ann. Singulare ergo in Saxonia, vt in praescriptione rerum corporalium h. e. si de dominio acquirendo agatur, bonam fidem requiramus, idque sine discrimine, vtrum petitor actionis siue reus exceptionis fundamentum in praescriptione collocet. *Decis. nouiss. 1. d. a. 1746.* De caetero autem bonam fidem plane in longissimi temporis praescriptione negligimus, MENKE *Pandect. lib. 44. tit. 3. §. 16.* vt nequidem audiatur aduersarius, si actionem personalem instituens, probare velit, reum in male fide esse. WERNHER. P. 1. *Obs. 183. ibique Supplem. et P. 3. Obs. 94.* LANGER, *de Except. P. 3. c. 10. num. 107.* Quod enim dicunt

dicunt praescriptionem, tricennem cum anno et die substitutam esse praescriptioni longi, non autem longissimi, temporis plane falsum. Vnde pronuntiauius: *Dieweil, wenn es auf keine acquisitionem dominii ankommt, weder treuer Glaube noch iustus titulus von nöthen ist, sondern die bloße Zeitverlauf die Verjährung allein ausmachet, also diese so genante lengste Zeit allen Mangeln und Gebrechen abbilft, und bona fides nur allein in praescriptione rerum corporalium aus unbekanten Ursachen in biesigen Landen an noch erforderlich, übrigens aber, wie gedacht, in praescriptione actionum personatum dergleichen weder die Landesgesetze noch die gemeinen Rechte verlangen, So ist etc.* Fuerunt qui varias in hac materia obuientes difficultates hoc modo extricare studerent, vt dicerent: possessionem longissimi temporis, etiam malae fidei, exceptionem semper, non autem actionem praebere. Nam in actione instituenda, semper bonam fidem requiri; Sed haec, quae quondam erat inter vfucapionem et praescriptionem differentia, in *L. vn. C. de vfuc. transform.* penitus sublata, vnde hodie actionem quoque praescriptio praebet, vnde illa quorundam subtilitas, cum ob hanc tum alias multas rationes, nullo modo tenet. In hac, de qua diximus, praescriptione rerum corporalium, siue mobilium siue immobilium, etiam bona fides, quae vt diximus, in his solis praescribendis adhuc requiritur, tamen nunquam probanda est, sed praesumitur vsque dum actor contrarium probauerit. *CARPZ. P. 2. const. 3. defiu. 7. et 8.* At in annali praescriptione rerum mobilium, quoniam haec triennii praescriptioni surrogata, bona fides a possessore probanda est. Quod dicitur praescriptionem ignorantem non currere tantummodo verum in annali praescriptione non in ea, quae longissimi temporis dicitur, vt supra *Obf. CXV. demonstratum.* Tametsi autem alias verum sit: agere non valenti nullam currere praescriptionem, adeoque contra pupillum non alleganda, sed pupillaris aetas subducenda videatur, cum interea quasi vfucapio dormiat *L. 48. princ. ff. de acquir. rer. dom.* tamen hoc intelligendum saltim de praescriptione longi, non longissimi temporis, qua semel impleta nulla spes restitutionis superest. Quid, ne absentes quidem militiae causa contra hanc longissimam praescriptionem restituuntur. Itaque nunquam tempora minorennitatis hodie subducuntur, neque est, vt inter pupillum et minorem, cum *CARPZOVIO P. 2. Const. 9. defiu. 2.* distinguamus, qua hanc distinctionem Iura Germanica ignorant. *GAERTNERI disp. Iur. Germ. impubes et minores non distingui.* Responsum Facultatis Iuridicae anno 1759. datum adiciamus: *Obwohl ehedem, wenn wegen Pest oder Kriegsleuften, oder zur Zeit des Unfriedens, oder wegen langer Abwesenheit, auch zuweilen anderer Ursachen halber vor Gerichte zu klagen, unmöglich gewesen, dass dem Glaubiger keine Nachlässigkeit mit Recht vorgeworfen werden könne, also bey*

dergleichen Fellen die Einsetzung in vorigen Stand nicht zu versagen sey, dafür gehalten worden, L. 1. in fin. C. de annali exc. besonders aber von euch angeführet wird, daß fast die ganze Zeit hindurch Minderjährige auf dem Lehnrichterguthe gefessen, und die fol. 17. abgehörten Zeugen, daß seit 50. Jahren kein rechter Erbrichter auf dem Guthe alt geworden, sondern meistens Vice-Richter, Witwen und Vormünder hausgehalten, welche noch dazu von denen Anspinnern gewesen, und solche Führen mit Fleis, um ihren Gütern dadurch eine Erleichterung zu verschaffen, auf euer Lehngut zu bringen gesucht, solchemnach aber daß die verschiedenen Zeiten der Minderjährigkeit abgezogen werden müsten, behauptet werden will, nach dessen Erfolg sich zu Tage legen dürfte, daß die zu einer Verjährung erforderlichen Jahre noch nicht verstrichen; Dennoch aber und diemvil die Sechstse Verjährung von 31. Jahren 6. Wochen und 3. Tagen der Justinianischen praescriptioni longissimi temporis in allem Stücken zu vergleichen, und bey letzterer zwar pupillaritatis, nicht aber minorennitatis, tempora abgezogen werden, nam contra minores praescriptio incipit et coepta currit, L. 3. C. de praescript. 30. vel 40. an. CARPZ. P. 2. Constit. 9. defin. 2. also heutiges Tages wegen des zarten Alters die Verjährung niemals schläset, so daß die obgedachte miltlere Zeit, wo Vormünder hausgehalten, in die Verjährung allerdings mit einzurechnen, etc. Nec belli tempora subducenda, quia Rec. Imp. d. a. 1654. tantum de tricennali bello agit. Si initium et finem praescriptionis quis probauerit, plene probata praescriptio, nam datis extremitatibus, intermedia praesumuntur, CARPZ. P. 2. C. 3. defin. 26. num. 4. nec opus est suppletorio, quia praesumptio instar absolutae probationis est, vsque dum contrarium non doceatur. Hoc tamen ita intellige, si duo testes de eodem praescriptionis initio deponant, atque etiam duorum testimonio finis praescriptionis constet. In hereditatis petitione, quoniam hereditas res incorporalis est, (nam vt supra diximus, ex mihi ignota ratione, tantum in corporalibus bonam fidem Saxones requirunt,) item in hypothecaria actione possessori malam fidem obici non posse, saepius iudicatum. Vide etiam Observationem sequentem.

CCIX. Saepe accidit, vt desperatae sortis homines, si quaestus non alia spes superfit, eo insolentiae progrediantur, vt vendita sua in minorennitate praedia ab emtoribus vindicent, si forte sine decreto magistratus alienata fuerint. Vbi praescriptio iis obicitur, aut subduci cupiunt pupillarem aetatem aut ea tempora, quibus ob militiam, aliamue honestam causam abfuerunt, de qua re in Observatione praecedente dictum est; aut eo prolabantur, vt dicant, quoniam alienationes sine decreto magistratus nullae sint, L. 10. L. 11. L. 15. L. 16. C. de praed. et al. reb. ideo emtorem
 praec-

praescribere non posse. Sed anne quaedam in ea re consequentia, ut quoniam ob nullitatem negotii minor praedium suum a tertio vindicare potest, propterea tertius hic praescribere nequeat? Habet vero utique praescriptio locum in rebus minorum sine decreto venditis; tot. tit. C. si quis ignorans rem minoris eff. nec te moveant, si hunc Codicis titulum euoluas, quae in eo de bona fide obveniunt, cum ibi Imperatores veteres, non de longissimi, quae nondum erat, sed longi temporis praescriptione loquantur. Itaque opinio eorum, qui res nulliter alienatas praescribi non posse existimant, hoc exemplo aliisque facile refellitur, nam et in feodali iure, licet Fredericus Imperator beneficiorum clientelarium alienationes nullas declaravit, II. F. 55. tamen usucapio nihilominus procedit. Const. El. 50. P. 2. Facile ergo repelluntur liberi a vindicatione praediorum in minorennitate venditorum, in primis si parentes vendiderint, quorum ut plurimum heredes filii. Quis autem heredes facta defuncti frustraneo ausu ignorat impugnari? Itaque mense Decembri 1765. Senatui Dahmensi ita respondimus: *Obwohl Klaget verweyhet, das ihm keine Verjährung entgegen stehe, weil in praescriptione rerum corporalium von Seiten des Besitzers allerdings ein treuer Glaube erforderlich sey, Decis. 1 de anno 1746, und wenn auch gleich derselbe von dem Besitzer nicht erwiesen werden darf, sondern eine vortheilhafte Vermuthung so lange, bis nicht die Gefahrde von Gegentheilen dargethan, bekantet maassen stridet, Klaget gleichwohl, das er bey künftigen Beweise satzame Spuren, das Beklagte in mala fide sich befunden, beybringen wolle, zu verstehen giebet, deren aber es nicht einmal bedürfen werde, weil bey einer Verjährung die Zeit der Minderjährigkeit auch diejenige, da Klaget löblicher Weise seines Soldatenstandes halber weg gewesen, abgezogen werden müste, L. 48. princ. ff. de acquir. rer. dom. wie denn auch ihm nichts schaden könne, das er nach erlangter Mündigkeit 5. Jahre geschwiegen, sintemal diese fünfjährige Frist, sich nicht eher, als von Zeit der erlangten Wissenschaft anfange, L. ult. C. si maior facto alienat. rat. hab. L. 55. ff. de aedil. edict. er aber, das er von seinen in der Jugend verkauften Hause nicht eher Nachricht erlangt habe, eydlich zu besterken sich erbietet, endlich angeführet werden möchte, das ohne vorbergehende der Sache Untersuchung und ausdrückliche von der Obrigkeit ertheilte Günst in die Veräußerung, solche denen Rechten nach null und nichtig sey, L. 10. L. 11. L. 15. C. de praed. al. reb. auch deswegen niemals eine Verjährung zu laufen anfangen könne, in Erwegung, das dasjenige, so gleich bey seinem Ursprunge und von Anfange an ungütig oder schadhaft gewesen, durch Verlauf der Zeit nicht geheilet oder ergenzet werden könne, und soviel allerdings gewis, das Klagern L. 2. C. qui et aduers. quos in integr. rest non poss. keinesweges entgegen gestellet werden möge, da ein Kind so seiner Eltern Erbschaft sich begiebet,*

begiebet, wider einen dritten L. 7. C. de iure dot. L. fin. §. 2. C. de bon. quae liber. LEYSER. Spec. 60. med. 9. MEYVS P. 5. Decif. 67. num. 12. derer gedachten Eltern Handlungen wohl hinterziehen mag. Dennoch aber und dieweil da, wie obgedacht, bona fides von dem Besizer nicht erwiesen werden darf, und aber das die zu einer Verjährung gesetzte Zeit, inmassen die Veräußerung des Hauses im Jahre 1722. geschehen, allbereits verstrichen, ihm die Replic, das Beklagte solche untreulich besessen, der Klage einzuverleiben, obgelegen hatte, welches er gleichwohl zu thun unterlassen, übrigens derselbe darinnen irrig, das er meynet, als müssen die Jahre der Minderjährigkeit abgezogen werden, da eines Theils, was von denen pupillis verordnet, nicht auf die eigentlich sogenannten Minderjährigen zu ziehen, nam contra minores praescriptio incipit et coepta currit L. 3. C. de praescript. 30. vel 40. an. andern Theils aber solche Abkürzung der Zeit, binnen welcher die Verjährung gleichsam schleset, nur bey der praescriptione longi, nicht aber longissimi temporis, stat findet, sodann der Schluss: das weil die Veräußerung anfangs nichtig gewesen, nie eine Verjährung ablaufen könne, keine Folge in sich halt, sinemalen auch die Querela nullitatis praescribiret werden kan, L. 1. et 2. C. si quis ignorans rem min. est. Wozu kommet, das da in denen beygelegten Acten fol. 1. Klagers Mutter auf die Theilung angetragen, es keines Decreti bedurft, und wenn endlich, wie die Vermuthung vorwaltet, Kläger seines Großvaters D. George Ernst Meufels, welcher fol. 1. seq. nur angezogener Acten, das Haus verkaufet, Erbe worden were, er auch um solcher Ursachen dessen Handlung nicht anfechten dürfte, solglich das er und seine Mutter sich der Meufelischen Erbschaft entsehlagen, in der Klage hätte angeführet werden sollen, bey allen diesen aber gleichwohl der Umstand, das das obrigkeitliche Decret ermangelt, soviel, das die Unkosten aufgehoben werden mögen, allerdings bewirket, So ist etc.

CCX. De testium habilitate nuper CHRISTOPHORVS GODOFREDVS LAZER, vir doctus disputationem sub meo praefidio habuit. Verum cum in illa suas, non nostras, opiniones proposuerit atque haec de testibus adeo sibi inconstans doctrina videatur, vt potius vsu addiscenda sit, quam certis regulis includenda: maluimus in Obseruatione sequenti ordine alphabetico, qui hodie in dicaferiis suspecti vel plane inhabiles habeantur, sigillatim proponere, quam definitione generali tam vastam materiam comprehendere. Interea tamen non multas quidem, sed quasdam tamen, in praesenti vniuersales regulas formare placet, ad quas in sequenti Obseruatione saepius lectorem remittemus.

REGVLA I) Nemo omnes regulas absolute veras putet, cum secundum L. 3. §. 2. ff. de testib. arbitrium iudicis de fide testium liberrimum esse debeat

debeat, adeoque ea res a sensibus, quasi vnicis rerum singularium iudicibus pendere videatur. LEYSER *Spec.* 283. MENKE *Pandect. lib. 22. tit. 5. §. 14.* Nam, cum plures de ea re habeamus regulas, fieri aliter non potest, quin illae saepius inter se confligant. quae quidem plurium regularum collisio innumerabilem exceptionum mater est. Recte Hadrianus legato provinciae rescripsit: *Tu potes magis scire, quanta fides habenda sit testibus, et Valerio Varo: Hoc ergo solum tibi rescribere possum summam: ex sententia animi tui te aestimare oportere, quid aut credas, aut parum tibi probatum opineris.*

REGVLA 2) Testes vel plane inhabiles vel suspecti. Susceptorum tres ordines: quidam valde, alii mediocriter, alii leuiter suspecti; vnde quosdam semi testes, quosdam plus quam semi testes, alios denique minores semi testibus, nouo vocabulo appellabimus. Sic, ne exempla desint, in consanguinitate et affinitate quo proximiores et arctiores producuntur, tanto infirmius habetur testimonium, vt in maxime coniunctis v. c. fratribus aut patris potius purgatorio, quam suppletorio locus sit. BARTH. *Hodeget. c. 1. §. 38. lit. n.*

REGVLA 3) Qui cogi non possunt vt testimonium dicant, facile patet, eos non omni exceptione maiores esse, cum voluntaria haec eorum excusatio, a sola reuerentia vel arcta familiaritate, tota pendeat.

REGVLA 4) Qui ex lite commodum vel minimum, etiam futuro demum ttempore et per consequentiam, sperant, sunt testes in propria causa, adeoque inhabiles et plane repellendi. Neque refert, an leue vel magnum commodum siue incommodum ad testem redundet. Minima scilicet affectio ad causam, immo merum interesse honoris, existimationis, laudis aut vituperii a testimonio arcet, *cap. 4. X. de testib.* Testem autem esse in causa propria rationi et iuri naturali contrarium, imo absurdum. MEVIUS: *P. 5. Dec. 65. n. 2. et 3. P. 6. Decif. 294. n. 6. et Decif. 403. num. 3. et 5.* Neque vero e contrario in huiusmodi causis cogi quis potest, vt testimonium dicat quasi aduersus seipsum. BERLICH *P. 2. Decif. 265.*

REGVLA 5) Vituperandae leges, quae homines intestabiles faciunt. Neque enim delinquentes hac poena, sed innoxii plectuntur, horum testimonio vsuri. Sic vidi bonos homines, cum alii testes, praeter huiusmodi intestabiles, fortuito negotio non interfuissent, causa cecidisse atque improbum vicisse aduersarium, non quod ius, sed quod probatio deerat.

REGVLA 6) In causa civili non satis capio distinctionem: vt cogi possint proximi cognati testimonium dicere pro cognatis, non contra eosdem. Qui enim non potest testari contra aliquem, ille in causa civili neque testimonium pro illo dicit. Vnde enim praescit producens, vrum contra, aut pro se dicturus sit? Saepius enim, quibus testimonium denunciamus, contra nos deponunt, vnde inimicitiae et similitates oriuntur. Recte ergo

ergo frater hac ratione testimonium detrectabit: Si pro fratre dixerim, sapientissime iudex, veniam in suspensionem periurii; si contra dixerim, obiurgabor ab omnibus, quasi fratrem meo testimonio prodiderim. Quid quod meo iudicio filius aut vxor, nisi contra patrem vel marium renuant testimonium, eo ipso se sceleratos ac nullius plane fidei esse, significant.

REGVLA 7) Infamia facti notatus neque iure ciuili neque canonico repellitur, licet non sit omni exceptione maior. CARPZ. *P. 1. Const. 16. def. 71. num. 7.* STRYCK *Vf. Mod. lib. 22. tit. 5. §. 2.* Vere autem infamis h. e. infamia iuris notatus hodie nemo, nisi cui per legem prouincialem expressam aut per sententiam iniusta nota infamiae. SCHILTER *Exercit. 10. ad Pandect. §. 35. 36.* GROENEWEGEN ad §. 2. *Instit. de poen. temer. litig.* Neque respicimus amplius ad ius ciuile STRYK. *Vf. Mod. lib. 22. tit. 5. §. 2.* BRVNEMAN. ad *L. 13. ff. de testib. num. 2.* BERGER. *Oecon. Iur. lib. 1. tit. 2. thes. 13. not. 1.* Non enim quibus lex Romana, sed quibus lex recentior infamiam disertis verbis irrogat, infamem putamus. Cum enim turpia, vt ex Praefatione Cornelii Nepotis recordamur, non in omnibus seculis aut apud easdem gentes eadem habeantur, sed ex moribus cuiusque prouinciae res tota aestumanda sit, non ex veteri Romano, vt diximus, sed ex iure Germanico, eoque hodierno, hominum infamiam, iudicamus, quod non tam procliuue in hac nota inurenda, quam veteres Latii Catones. Praestat enim nostris moribus, vt tritum prouerbum habet, centum sceleratos opinione hominum efficere honestos, quam vnum honestum putare infamem. Vnde recte HORNIUS in *Responsis pag. 119.* monuit, eum, qui collegii aut honoris cuiusdam non capax videatur, non ideo statim infamem esse. Hoc longe certissimum, hodie non quoduis delictum infamiam, eam nempe, quae maior dicitur, comitem habere. Nempe famosos discamus ab infamibus discernere. Vnumquodque crimen homines quidem famosos, sed non omne crimen infames efficit. Infames illi demum, qui per sententiam aut legem nouam prouincialem tales iudicantur. Famosi autem sunt delinquentes non expresse in sententia aut lege pro infamibus declarati. Ipso iure Romano ne quidem veri infames testimonium dicere prohibentur in causa ciuili, *L. 3. princ. et §. 5. ff. de testib.* licet in causa criminali plane repellantur. *Const. Crim. Carol. art. 73.* Adde quae in sequenti Obseruatione dicemus sub verbo *Inquisitus et Leuis notae.*

REGVLA 8) Cum interrogatoriis propositis mendacia testium facile pateant, hodie non tanta circumspectione opus est, quanta olim. Vnde, cum reipublicae interfit, verum detegi, tutius est admittere, quam repellere, testem ac in dubio plenae potius, quam suspectae fidei habere, ne facultas probandi nimium restringatur, neque omnes lites se in supplicatorio finiant.

Pauci

Pauci hodie tam improbi, vt plane immemores esse videantur suae salutis. Plus enim ferè nostram animam, quam amicum aut consanguineum diligimus, vt paulo melior se res nunc habeat in Germania, quam apud veteres Francos, de quibus in Additione Tertia Capitularium cap. 88. legimus: *Multi sunt, qui periturave pro nihilo ducunt, in tantum, vt pro vnus diei satietate vnt pro quolibet paruo pretio conduci possint.*

REGVLA 9) Si veritas aliter haberi nequeat, testem etiam inhabilem admitti posse, quae magni ponderis olim definitio, hodie in causa ciuili fallit. Cum enim inter modos probandi iurisiurandi delatio in foro recepta sit, *L. 25. ff. 3. ff. de prob.* nunquam euenire potest, vt veritas alio modo plane haberi nequeat. Veritatem aliter haberi non posse, non dicitur ex eo, quod alii testes non interuenerint, sed si interuenire per ipsam rei atque negotii naturam non potuerint, v. c. si quid in collegio, capitulo, eremo aut occulto actum sit, si de conspirationibus, aut partu supposititio quaestio sit, si contra principem agatur, cuius omnes testes, quicunque demum produci possint, subditi, etc.

REGVLA 10) Opitulari testes dicuntur, si plane inhabiles cum habilibus consentiunt. Tunc enim demum tolerantur interdum minus idonei, quando horum dicta per testes fide digniores confirmantur. *BAROSA Loc. Comm. f. v. Testis num. 6.*

CCXI. Iam promissus ordine alphabethico testium catalogus ipse sequitur:

Actuarius vide Iudex.

Adoptiui liberi testes plane inhabiles, v. *infra Parentes, Liberi.*

Adulteri adulteracuae olim plane testes inhabiles, hodie non aequae, sed suspecti tamen aliquantulum, *vide Observationem praecedentem Regul. 7. et infra f. v. Notarius.*

Adulterini liberi testes omni exceptione maiores *L. 6. ff. de decurion.* vide *infra f. v. Leuis notae.*

Aduocatum, patrocinio suo in causa a se gesta sine fraude deposito, non repellendum esse, imo cogi posse, quidam existimant, licet suspectum nec omni exceptione maiorem esse, concedant. Sed e contrario *MENKE in Pandect. lib. 22. tit. 5. §. 10. MEVIUS P. 8. Decif. 56. STRYK Vj. Mod. lib. 22. tit. 5. §. 6.* repellendum et plane inhabilem putant, etiam finita lite, ne cogatur arcana causae sibi concredita reuelare, aut suam turpitudinem profiteri, quibus subscribimus, quoniam causam clientis prodere, parum a praeuaricatione abest, deinde etiam propterea quod nostri aduocati, vtpurimum simul procuratores sunt, quos constat plane inhabiles esse. *cap. fin. de testib. in 6to.* In Parisiensi senatu neque aduocatos neque procuratores cogi, imo si vitro testimonium dicere velint, repelli, *GREGORIVS Tholosanus in Syntagmate* notauit. Sane, quae

medico corporis, quae sacerdoti animi vitia, quae aduocato causae arcana credita fuerunt, aeterno silentii sigillo custodiantur, quam ob causam in *L. fin. ff. de testib.* diserte cauetur: *ne patroni in causa, cui patrocinium praestiterunt, testimonium dicant.* Adde *CARPZOVIVM* lib. 3. tit. 9. Resp. 92. n. 21. seq. et in *Process. Iur. tit. 13. art. 5. n. 58.*

Aetas vide *Infantes, Impuberes, Minores.*

Affines primi generis (nam secundum genus in hac testimonii dicendi materia nunquam attendimus) usque ad septimum gradum iure Romano cogi non possunt, idque sine discrimine, duretne vinculum, an dissolutum sit. Est enim in affinitate eadem, quae in consanguinitate, graduum reuerentia, *arg. L. 4. et 5. ff. de testib. RIVINVS tit. 22. Enunciat. 19.* Hodie autem ex obseruantia *F. I. L.* vt inferius *f. v. Consanguinei* pluribus dicemus, affines tantum ad tertium usque gradum computationis ciuilibus sunt suspecti, reliqui autem remotiores omni exceptione maiores. Intra hunc tertium gradum admittuntur volentes, si generum, focerum, socrum, nurum, vitricum, noueram et priuignum exceperis, qui plane inhabiles, caeteri autem semi testes.

Altvater vide *Auszügler.*

Amici et *Inimici* eadem suspicio; vide ergo *Inimicus.*

Ancillae vide *famuli.*

Artifices in rebus ad artem spectantibus plenam fidem habent, etiam iniurati, si scilicet semel iurauerint, vt *medici et chirurgi.* Caeteri iurare coguntur. *vide quae inferius annotauimus f. v. Medicus.*

Atheus nemo est, adeoque superuacanea de eius testimonio quaestio, neque enim vocem plebeculae curamus, quae, quoniam sola sapit, alia credentes, quam ipsa credit, Atheos et putat et dicit, eoque nomine bruta simplicitate trucidat, persequitur, premit quantum potest et licet. Per sanctos autem legum canonicarum interpretes hoc semper licet. Sic enim propaganda fides. *Vide inferius f. v. Haereticus.*

Auszügler in causa vniuersitatis admittitur quidem, neque tamen omni exceptione maior habetur. *MEYVS P. 2. Decis. 86.* vide plura infra *f. v. Vniuersitas.*

Auus plane inhabilis, vide *Parentes.*

Bancruptores vide *Decoctores.*

Baniti vide *Excommunicati.*

Beichtvater vide *Clericus.*

Bigami habiles, neque tamen omni exceptione maiores.

Blasph-

Blasphemus, si blasphemauerit religionem, quam veram putat, plane inhabilis: si vero Turca, deista aut paganus irreuerenter de Christo locutus sit, haec infidelitas salutem aeternam impediens non frangit fidem iuridicam. v. *Haereticus*.

Boethi vide Opificium.

Canonicus in causa capituli, vide *Vniuersitas*.

Carnifex omni exceptione maior. *supra Obs. CLI.*

Castratores suum omni exceptione maiores. vide *infra Lewis notae macula*.

Cedens in causa cessa plane inhabilis. BERGER. *Disc. Forens. tit. 23. Obs. I. not. 6.*

Cessionarii et cedentis eadem ratio, vide ergo *Cedens*.

Chirurgus vide Medicus et Artifex.

Clericus iurare cogitur. *Mand. d. a. 1618. in Cod. Aug. Tom. I. p. 851.* Plane autem inhabilis in re sub sigillo confessionis reuelata, adeo, vt si vltro testimonium dixerit, hoc mutum sit et ab actis remouendum, *Mand. d. a. 1618. in Cod. Aug. Tom. I. p. 851.* Vide etiam *infra f. v. Laicus*.

Coccus omni exceptione maior, si modo de visu non deponendum sit.

Cognati vid. Consanguinei et Affines.

Cognatio spiritualis non attenditur, ergo pleni testes compatrimi.

Collegae in causa collegii, vide *Vniuersitas*.

Commissarius vide Iudex.

Comoedi vide Scenici.

Compatrimi vide Cognatio spiritualis.

Complex delicti de eo vide Observationem.

Concubinae, in causa concubinarum sui, sunt testes plane inhabiles. Non enim differt concubina affectu animi ab vxore, sed tantum honore. In causa tertii autem aliquantulum suspectae videri poterant, attamen secundum regulam 5. 7. et 8. praecedentis Observationis plerumque omni exceptione maiores habentur.

Conductor in causa, quae rem conductam non afficit, pro locatore et contra eum, testis omni exceptione maior, quicquid nimis meticulousè BERGER in *Oeconomia Iuris* contra disputer. Si tamen vendito praedio denuntietur conductori testimonium, nec locationis tempus finitum sit, repellendus a testimonio, ob metum migrationis, secundum illud: emptio conductionem tollit. vide *Obs. praecedentem Regulam 4.*

Confessionarius vide Clericus.

Coniuges nunquam admittendi, siue pro siue contra se testimonium dicere velint, nec cogi possunt, vt fusius supra *Obs. LXXVI.* demonstratum, vbi etiam de separatis a thoro et mensa, *Vide etiam infra s. v. Sponsa.*

Consanguinei iure Romano vsque ad septimum gradum inclusiue cogi non possunt, MENKE *Pandect. lib. 22. tit. 5. §. 17.* ergo, vt Regula 3. antecedentis obseruationis habet, ad septimum vsque gradum non sunt omni exceptione maiores iure veteri, quod etiam patet ex *I. P. S. lib. 1. art. 3. §. 5. Inst. de success. cognat. I. F. 8. §. 1. I. F. 1. §. 3. RIVINVS tit. 22. Enunciat. 17. WERNHER P. 8. Obs. 385.* Quamobrem BARBOSA in Locis communibus s. v. Testes hanc regulam tradit: Quousque matrimonium prohibitum, eousque inuiti testimonium dicere non compelluntur. Sed nostris moribus iam consobrini plenam fidem merentur et omni exceptione maiores reputantur. Itaque regula haec formanda: Quae personae inter se incestum iuris gentium committunt, illi non sunt omni exceptione maiores, reliqui omnes pleni testes. Quo posito, porro colligimus: vsque ad quartum gradum consanguineos et affines, nam eadem est affinitatis quae consanguinitatis ratio, vsque ad quartum inquam gradum exclusiue, testes inuitos ad dicendum testimonium non compelli, consobrinos autem et qui remotiores sunt, hodie omnino cogi. Neque tantum ad nostros Saxones, verum etiam ad Extraneos Facultas Lipsiensis ita saepius respondit ex rationibus *Regula 8. Obseruat. antecedentis* allatis.

Consanguinei fratres. vide Fratres.

Consiliarius in causa principis cogi non potest. Si velit admittitur, vt semi testis. *vide Subditus et Famulus.*

Consobrini pleni testes et omni exceptione maiores. *vid. Consanguinei.*

Consortes admitti possunt pro consortibus litis caeteris, si non commune commodum ex testimonio redundat; alias plane repellendi. *Obs. anteced. Regul. 4.* Sed et priori in casu non sunt omni exceptione maiores, WERNHER P. 1 *Obs. 148. BERGER Disc. Forens. tit. 22. Obs. 1. not. 6.*

Correus, siue promittendi siue stipulandi, testis in hoc debito non admittendus et plane in habilis. *CARPZOV lib. 3. Resp. 88.*

Corrupti testimonium nullum *L. 3. ff. de testib.* Non solum autem pecunia, sed etiam spes honoris vel amicitiae suspectos reddit. Notum illud *OVIDII: Non bene corrupti vendunt periuria testes.*

Crimen vid. Inquisitus.

Curator

Curator aetatis vide Tutor.

Curator sexus durante curatela in rebus, quibus ipse curator interfuit, testis est in propria causa, adeoque repellendus. *L. 10. C. de testib.* Sed et posita curatela inhabilis est in causis, quibus tanquam curator interuenit *Obsf. anteced. Regula 4.* In aliis autem rebus curandae suae, etiam durante curatela admittitur, neque tamen omni est exceptione maior, quia vix alius curator eligitur nisi amicissimus, quem donis etiam et epulis mulieres quotidie sibi magis magisque deuinciunt. *BERLICH P. 2. Decif. 266. num. 11. seq.* Si quis tamen in causa, ubi nullum consilium curator dedit, eum omni exceptione maiorem iudicauerit, ei Regula 1. et 7. antecedentis Obseruationis excusationem praebuerit.

Debitor in causa tertii cum creditore suo testis est paulo plus quam semi testis, *MENKE Pandect. lib. 22. tit. 5. §. 9. in fin.* propterea quod Germanico prouerbio Borchart Lehnarts Knecht vocatur. *CARPZ. P. 1. Const. 16. defn. 67. et in Proc. Iur. tit. 12. art. 5. n. 91.* In causa fideiussoris immo et expromissoris de debito suo plane inhabilis, propter interesse honoris et causae affectionem. *Vide infra Donator.*

Decoctores malitiosi plane inhabiles. *Banquerout. Mandat §. 10. et 12.* Qui autem infortunati bonis cessere, habiles quidem, ut tamen iudicis arbitrio relinquatur, vtrum plenam iis fidem tribuere velit, *MENKE Pand. lib. 3. tit. 2. §. 7. lit. c. et infra f. v. Prodigus.*

Deista vide Haereticus.

Delictum vid. Inquisitus.

Delinquens vid. Inquisitus.

Doctores in causa Academiae vide *Vniuersitas.*

Domestici vide Famuli.

Donator, etiam si nullam euictionem praestet, tamen plane inhabilis ob interesse honoris. *MENKE Pand. lib. 22. tit. 5. §. 10.*

Ebriosus semi testis; neque tamen talis putandus, nisi qui singulis circiter mensibus semel se plenissime inebriat.

Egeni v. Inops.

Emancipati et separati liberi plane inhabiles. v. *Liberi.*

Euictio v. Donator.

Excommunicatus est testis omni exceptione maior, neque enim protestantes excommunicationem magni faciunt. *ENGAV. Elem. Iur. Can. lib. 3. tit. 14. §. 115. WERNHER. Princip. Iur. Eccles. cap. 6. §. 19. 20. 23. seq.*

Excoriatores omni exceptione maiores v. *Leuis notae.*

Famuli

Famuli non omni exceptione maiores. *L. 25. §. 2. ff. de aedilit. edict. L. 24. ff. de testib. L. 3. C. eod. vbi Imperatores: Iure ciuili etiam domestici testimonii fides improbat.* Consentit LEYSER *Spec. 283. med. 13.* PISTORIUS in *Paroemia Wessen Brod ich esse, dessen Lied ich singe*, vnde in Oratione pro Roscio testem ex domo producentis exeuntem, mutum CICERO dicit. Metuendum iis ne durius habeantur, ne dona consueta minuantur; vt arctam inter herum cum seruis et matronarum cum ancillis necessitudinem imo familiaritatem taceamus? Neque tamen hodie qui in ministerio sunt, vt quondam iure ciuili, plane inhabiles. Sic enim peculiare in Saxonia Rescriptum *die 12. Nou. 1755.* Curiae Supremae Lipsien. si praecepit, vt admitteret domesticos, nisi contrarium graues perfidiae suspiciones suadeant, neque tamen haberet omni exceptione maiores. Caeterum cuius in aliquas septimanas operae conducuntur, qualis v. c. mercenarius *ein Tagelöhner*, non adeo patrifamilias amicus, quam qui in domo commorans salarium annuum accipit. Ergo tales temporarii omni exceptione maiores.

Fallitus vide Decoctor.

Fideiussor testis plane inhabilis in causa debiti sui principalis.

Focaria vide Concubina.

Foeneratores h. e. ob vsurariam prauitatem condemnati plane inestabiles. *Mand. d. a. 1625, in Cod. Aug. Tom. I. pag. 1123.*

Fratres foreoresue cogi non possunt, siue pro siue contra se inuicem dicturi sint. *vide Obs. anteced. Reg. 6.* admittuntur tamen se velint. *vide Obs. Anteced. Regulam 1. et 6.* Tunc autem minores semi testibus. Caeterum inter germanos consanguineos et vterinos hic non distinguitur. RIVIN. *tit. 22. Enunc. 17.* Plura vide supra s. v. Consanguinei.

Funambulus v. Scenici.

Furiosus tempore dilucidi interualli in testamento, vbi nempe praeter eum plures testes adfunt, omni exceptione maior. *L. 20. §. 4. ff. qui testam. fac. poss.* At in iudiciis, et extra casum testamenti Germaniae moribus semi tantum testis est.

Fustigati ob crimen non plane repellendi sed suspecti tamen. *vid. Inquisitus.*

Gaertner vid. Haefesler.

Generis et Soceri eadem ratio, siue duret vinculum siue ruptum sit. vide igitur *Socer.*

Germani v. Fratres.

Gesellen

Gefellen vide Opifices.

Gevattern vide Cognatio spiritualis.

Graecus vide Haeretici.

Haeretici et Infideles, quoniam orthodoxorum invidia infames iudicabantur, iure ciuili non erant omni exceptione maiores, conclusione si diis placet, sapienter ita subducta: *Quia sunt infideles, b. e. quoniam non habent fidem saluificam, ergo neque habent fidem iuridicam.* Nonne vero experientia docuit Mennonistis, Deistis et Turcis, heu pudor! plus credi in vita quotidiana, quam Christianis vel maxime orthodoxis. Nempe omnium seculorum historia loquitur, Mahometanos nunquam fregisse foedera aut inducias, vt etiam mercatores, qui cum eis negotia instituunt, asseuerare non dubitent, Mahometani testimonium iniuratum iis plus valere, quam Christiani iuratum. Sic ergo nobis Lutheranis, secundum hanc doctrinam, fides in Hispania atque Italia nulla tribuenda? Merebimur hanc ignominiam, si nos quoque eandem in minores sectas iniquitatem statuamus. Ridiculus inprimis *Canon 26. Caus. 2. Quaest. 7.* qui testimonio haeretici pro orthodoxo plenam, contra eum vero nullam fidem tribuendam dicitur. Sic vnus homo et veridicus et mendax, prout ecclesiae placet. Quanto aequanimiores maiores nostri veteres Saxones, qui, cum ob iura canonum non poterant duorum Iudaeorum testimonium plenum putare, ne de hac inaequalitate Iudaei conqueri possent, vicissim posuerunt, ne duo Christiani Iudaeum conuincerent. Quae verba articuli finalis Weichbildi adeo in admirationem me rapuerunt, vt mihi temperare non possim, quin huc transcribam: *Die Jüden überzeugen den Christen mit zween Jüden und einem Christen; Beklagt ein Christ einen Juden umb Schuld, er soll ihn überzeugen auch selbdritt, mit zween Christen und einem Juden.* Re-cte vero tandem aliquando forum has ex mera sacerdotum invidia ortas iniquitates excussit, ita vt in Germania catholici iudiciario testimonio contra Protestantes, et vice versa, ob Pacem Westphalicam plena fides habeatur, imo et Graecae religioni additis, imo Infidelibus. *Obs. praecedens Regula 5. 7. et 8.* adde quae superius sub verbo *Atheus* dixi. Attamen in testamento, ob peculiaries quasdam rationes illi, quos princeps haereticos solenniter declarauit, testes parum idonei. Notabimus vero generaliter, non semper a testamentariis testibus ad illos, qui contractibus interueniunt, argumentum commode duci, vti apparet ex iis quae s. v. *Furiosus* et *Prodigus* exposita sunt.

Handwerk vide Opifices.

X

Haeusler

Haensler die kein Vieh halten, sunt omni exceptione maiores in lite vniuersitatis de iure pascendi. In caeteris vniuersitatis litibus non aeque, vide *Vniuersitas*.

Herrenbuther vide *Haeretici*.

Histrion vide *Scenici*.

Impuberes admittuntur, modo annum decimum cum dimidio egressi fuerint, tunc enim eos dicimus pubertati proximos. Cogi tamen nequeunt. MENCKE *Pandect. lib. 22. tit. 5. §. 6.* Cum autem nullo sacramento adstringantur, *Aurb. Sacramenta puberum O. P. Recogn. ad tit. 18. §. 4. et infra f. v. Puberes*, facile patet, quantum illorum testimonio tribuendum sit. Nempe adminiculantur paululum caeteris testibus, soli nihil omnino probant. vide *infra f. v. Infantes et Pubertati proximi*.

Incestuosi liberi omni exceptione maiores. v. *Liberi*.

Infames. De his v. *Obferuationem antecedentem Regula 7. et infra f. v. Inquisitus*, item *Lewis notae*.

Infantes in ciuili pariter atque criminali causa plane inhabiles, vt et infantiae proximi eodem modo arcendi. *argum. §. 9. Inst. de inutilib. stipul.* Sunt autem infantiae proximi, qui decimum cum dimidio annum nondum implere. Is autem qui decimum cum dimidio annum excessit, neque tamen pubes est, dicitur pubertati proximus. Hic pariter plane repellitur in causa criminali *L. 3. §. 8. ff. de testib.* sed et in ciuili exigua huius ac fere nulla auctoritas, quoniam iureiurando adstringi impuberes nequeunt, sine quo nulla testi fides. Admittuntur tamen si velint, nolentes cogi nequeunt. Caeterum in hac de testimonio dicendo materia, nec inter foeminas et masculos, nec inter plenam et minus plenam pubertatem distinguimus. Pubes factus non admittitur ad testimonium de iis rebus, quas in infantia atque ea aetate, qua nondum pubertati erat proximus, vidit. LEYSER 285. *med. 4.* REIGER *Thef. Iur. f. v. Testes n. 12.* Quas autem vidit, postquam pubertati proximus euasit, attestari potest; neque tamen eius testimonium omni exceptione maius, quod ex eo intelligitur, quod cogi nequit. *L. 19. pr. et §. 1. ff. de testib. et Obseru. antecedens Regul. 3.* In causa criminali, si atrocissimum delictum sit, quale non putatur adulterium, admittimus etiam testem quatuordecim annorum, siue mas sit siue foemina, si iurare velit. *arg. can. 16. Caus. 22. Q. 5. L. 26. ff. de iureiur. vide supra Obs. LXXXI.* Neque tamen tales XIV. annorum testes omni exceptione maiores sunt. LEYSER *Spec. 283. medit. 4.* Pro reo autem iurati plene probant, v. *supra Obs. CXXII. et infra f. v. Minores.* Cogi tamen nequeunt. MENCKE *Pand. lib. 22. tit. 5. §. 6.*

Infideles

Infideles v. Haeretici.

Inimicitia capitalis si non plane nullum, tamen minorem semi-
reſte facit. Nam aduerſariis qualibet ratione homines cum nocent, hoc
ſe iure facere exiſtimant, forte quia ab illis pariter iniuria laeſi ſunt.
Quandoque

- - - manet alta mente reſoſum

Judicium Paridis, ſp̄retaeque iniuria formae.

Leues inimicitiae paululum ſaltem, nunquam autem plane ſuſpectum re-
ſtem faciunt. *Nouell. 90. c. 7.* Id omne ex Regula 1. et 8. praecedentis
Obſervationis aeftumandum; imo rarius vel amicitiae vel inimicitiae haud
capitales in foro attenduntur. *LEYSER ſpec. 283. med. 24. et 25.*

Iniurato teſti per peculiarem Conſtantini M. conſtitutionem nihil
creditur, ſi tamen poſtea deſitionem ſacramento roborauerit, idem eſt,
ac ſi ab initio iuraſſet. Diſſentit *MYSINGER Cent. 4. Obſ. 77.* non ſine
idonea ratione, quae tamen nihil contra receptas opiniones valet.

Inopes, ob ſolam paupertatem, non ſuſpecti. Nempe *Legem 3. ff. de teſtib. et Nouell. 110.* de ſolis mendicantibus accipimus. Nam eſti pau-
pertas mala quamplurima ſuadeat, tamen non omnes pauperes abiecti ani-
mi aut mendaces, nec

*Quantum quiſque ſua nummorum ſeruat in arca,
Tantum habet et fidei.*

Impubes vide *Impuberes.*

Inquiſitus, licet adhuc ſub examine pendeat neque condemnatus
ſit, tamen ſuſpectus eſt nec omni exceptione maior. *L. vn. C. de reis po-
ſſul. cap. 56. X. de teſtib.* Qui abſoluta inquiſitione poenam luit, adeoque ab
inquiſitione non abſolutus fuit, eodem modo habilis quidem, ſed tantum-
modo ſemi teſtis eſt, inprimis ſi non ob atrocia, ſed leuia, crimina inquiſi-
tioni inexus fuerit; *MENKE Pand. lib. 3. tit. 2. §. 7.* Nam adimit qui-
dem inquiſitio honores, non autem omnem fidem. *MENKE Pand. lib. 3.
tit. 2. §. 7. lit. c. Vide Regulam 7. Obſeruat. anteced. Adde Tortus.*

Iudaei, quoniam putantur periurium contra Chriſtianum nullum
putare, exceptioni locum faciunt doctrinae ſuperius *f. v. Haereticus* tra-
ditae. Nempe plenam probationem duo Iudaei non aliter faciunt, quam
ſi conſpiret in eorum dicta conſacramentalis quidam Chriſtianus, per
legem expreſſam *Weichbildi art. ſin.* Ex quo colligunt, ne quatuor qui-
dem Iudaeos plene probare. Nobis autem quatuor Iudaeorum validum
et plenum teſtimonium viſum eſt. *vide Obſ. X.*

X 2

Iudex

Iudex de his, quae coram ipso gesta sunt, valide testatur, nec tunc iurare cogitur. *Const. Crim. Carolina art. 91. I. P. S. lib. 1. art. 8. lib. 3. art. 98. MENKE Pand. lib. 22. tit. 5. §. 10. et 18.* Quid autem, si iudex non in tribunal, sed inter priuatos parietes quid viderit, an in causa de qua iudicat, testis esse potest? Admittendus vero, *L. 22. ff. de testib. WERNHER. P. 1. Obs. 301.* sed tunc iurare tenetur, licet quibusdam insolens et naturali iuri contrarium videatur, vt idem homo simul iudex et testis sit, adeoque eum repellant propterea, quod secundum acta et probata, non secundum propriam suam scientiam, iudicare debeat. Si contra auctuariorum registraturas indicia falsi afferantur, quomodo praecedendum sit, supra *Obs. XX.* demonstratum. Iudicis in causa propinquorum attestaciones aut nullae, aut suspectae. *MEYIVS P. 8. Dec. 212.*

Iustitiarius est officialis et amicus Nobilis; non ergo in causa eius omni exceptione maior. Interdum tamen Regula 1. et 8. *Obs. antec.* exceptionem suggerit. Vide plura *f. v. Famulus.*

Laesus vide *Vulneratus.*

Laicus contra clericum est testis omni exceptione maior, sublato penitus stulto *capitulo 14. X. de testib.* Parochianus contra parochum cogi potest, et vice versa. Vide etiam *supra: Clericus.*

Lenones et Lenae multo improbiores, quam ipsae meretrices, Vix ergo semi testes.

Leuis notae macula contemptum parit, non perfidiam. Neque enim ex delicto, sed ex sordido vitae genere haec macula oritur. Ergo ea notati sunt omni exceptione maiores, profligata iam dudum de inhonestate eorum ridicula philosophia, quam non nisi pueri aut vetulae garrunt. Quid enim, anne ex illicito coitu natus, quia parentes scelerati, ipse non integrae frontis, aut anne is, qui vxorem ducit ab alio vitiata, ideo non veridicus, aut testis non omni exceptione maior erit? cum, vt infra docebimus, ipsa quam ducit stupro vitiata testis idonea et plena habeatur. Sic liberi ex adulterio geniti pleni testes *L. 6. ff. de decurion.*

Liberi in causa patris, etiamsi velint, non admittuntur, multo minus cogi possunt, siue naturales siue legitimi, primi siue vltiorum graduum; siue emancipati et separati, siue adoptivi sint. In causa extranei autem, naturales, vt *f. v. Leuis notae* diximus, plene probant. Adde *Parentes, Adulterini, Spurii* etc.

Liberti contra patronum, etiamsi turpiter velint, repelluntur. *L. 12. C. de testib.* adeoque cogi non possunt.

Lictores

Lictores omni exceptione maiores. *Obs. CLI. et supra f. v. Lewis norae.*

Litis Confortes v. Confortes.

Locator v. Conductor.

Magistri v. Vniuersitas.

Marktschreyer sunt ex genere Scenicorum, quod verbum inferius consulas.

Maritus v. Coniuges.

Mater vide Parentes.

Medico, qui semel iurauit, de rebus ad artem suam pertinentibus fides plena habetur sine iureiurando. *Const. Crim. Carol. art. 147. L. 6. C. de re militari.* Si tamen vel leuissima negligentiae vel fraudis suspicio, iurare cogitur.

Mendicantes non omni exceptione maiores, imo si validi et ebriosi sint, quoniam pudore amisso illis nihil turpe, ne quidem semi testimonium loquuntur. Aliter se res habet in pauperibus. *Vide supra f. v. Egeni, Inopes.*

Mercenarii vide Famuli.

Meretrix est plane inhabilis iure Romano. *L. 3. ff. de testib.* Hodie publicae meretrices, quae apud aedilem nomina profiteantur, nullae, ergo impudicae adhibentur testimonio, licet non omni exceptione maiores sint. Nempe de scortis publicis loquor; Quae autem quactum in lupanari corpore non fecerunt, sed alias honeste viuentes bina aut etiam tria supra passae fuerunt, meretrices non esse, sapientissimus ACCVRSIVS in glossa docuit, qui ait eam demum meretricem dici, quae 23000. homines admiserit. Vnde priuatim vitatae omni exceptione maiores. BERGER. *Oecon. Iur. lib. 1. tit. 2. th. 13. num. 4. et in Respons. P. 1. pag. 444.* PISTORIVS in *Paroemia: Kirchenbusch ist kein Staupbesen.*

Mimi vide Scenici.

Minores. Iure Romano in causa criminali pro accusatore minores viginti annis testari prohibentur, hodie puberes h. e. XVIII. annos nati in causa tam ciuili quam criminali plene probant. In atrocibus delictis secundum quosdam DD. etiam pueri XIV. annorum iurare possunt, si velint, neque tamen iis plena fides. *Obs. LXXXI.* Breuiores hic sumus, quoniam iam supra f. v. *Pubes, Pubertati proximus, Impuberes et Infantes* prolixius hanc doctrinam exposuimus.

Molitor, si de aqua quaestio sit, in causa vicini molitoris testis est inhabilis, propter commodum ad ipsum redundans, secundum illud: *Es hat kein Schaefer Weyde genug und kein Müller Wasser genug.*

Mutus examinari potest interueniente scriptura, *arg. cap. 23. X. de sponsal.* De eo autem, qui simul surdus et mutus est, vide *Surdus*.

Naturales liberi in causa tertii sunt omni exceptione maiores, *vid. Lewis notae macula.* In causa patris, multoque magis matris, testes plane muti. *vid. Liberi.*

Naturalista vide *Haereticus*.

Negantes. In criminali causa testibus duobus super negatiua deponentibus plus credit *CARPZOVIVS P. 1. qu. 33. num. 43.* quam mille affirmantibus; vide supra *Obf. XLVIII.*

Nepotes Neptresque in causa aui et auiae testes plane inhabiles *v. Liberi.*

Notarii in negotiis commissis testes plane inhabiles, ob poenam, si quid in instrumenti solennibus neglexerint, metuendam, *Rec. Imp. d. a. 1512. tit. 1. §. 2. et tit. 2. §. 12.* nec cogi possunt, *MENKE Pand. lib. 22. tit. 5. §. 16. CARPZ. lib. 3. Resp. 90.* Caeterum, notarii instrumentum in causa consanguineorum fidem non facit. *MEVIVS P. 8. Dec. 212.* Vide supra *f. v. Aduocatus et Iudex.*

Nouerca testis plane inhabilis in causa priuigni. Excipe causas matrimoniales. *vide Viricus et Affines.*

Nurus testis plane inhabilis in causa soceri. *vide Affinitas et Socer.*

Officiales sunt mercenarii, adeoque in causa sui principalis aut collegii sui non omni exceptione maiores. *v. Famulus, Iustitarius, Consiliarius.*

Opifices in causa collegii. *v. Vniuersitas.*

Parentes cuiuscunque lineae aut gradus in causa ciuili liberorum repellendi etiam volentes, naturales aequae, quam legitimi et adoptiui, nec refert an liberi emancipati fuerint nec ne? nisi in causa matrimoniali *v. c. doris c. 3. X. qui matrim. accus. poss.* Alias exceptiones vide in *MENKENII Pandeet. lib. 22. tit. 5.* Adde supra *f. v. Liberi.*

Parochus et Parochianus *v. Clericus.*

Pastor ouium de possessione pascendi inhabilis, *er mag das Gemenge der Schafe haben oder nicht*, propter affectionem ad causam. (*Obf. praeced.*)

praeced. Regula 4.) Ipsi enim interest, ut oves bene curentur, nec ma-
crecant. Nunquam ergo pascua pastoribus sufficiunt. HERTIVS in
Paroemia: *Es hat kein Müller Wasser genug und kein Schäfer Weyde genug.*

Pater v. Parentes.

Patrini vide Cognatio spiritualis.

Patronus cogi non potest in causa liberti; ergo si velit, est suspe-
ctus. (*Observatio antecedens Regula 3.*)

Patruus femi testis v. *Consanguineus.*

Pauperes vide Inopes.

Priugni v. Affinitas.

Procurator in negotio gesto testis plane inhabilis *cap. fin. de res-
sib. in eo* vide supra s. v. Aduocatus et Notarius.

Prodigus h. e. cui bonis est interdictum, tantummodo in testa-
mento inhabilis *s. 6. Instit. de testam. ord. caeterum* admittitur. Nec
enim per omnia furioso comparandus *L. 11. §. 1. ff. de dol. mal. et arg. L.
26. ff. de iureiur.* licet ob corruptionis suspicionem et leuitatem animi non
omni exceptione maior videri possit. *vide supra Decoctores.*

Professores v. Vniuersitas.

Proxenetæ de his vide *Observat. CLXI.*

Puberes in materia de testimonio dicendo, sine sexus discrimine, di-
cuntur XVIII. egressi, neque enim hic inter plenam et minus plenam puber-
tatem distinguimus. Hi plene probant. Pubertati proximi sunt, qui decimum
cum dimidio annum superarunt, siue mares siue foeminae. Tales regulariter
plane repelluntur in causa criminali *L. 2. L. 3. §. 8. ff. de ressib. CARPZ. Prax.
Grim. lib. 2. qu. 114. n. 41.* Licet ad sui defensionem ad purgatorium homi-
nes XIV. annorum admittantur. *Obs. CCV. in fin.* Eodem modo fere nulla
eorum auctoritas in causa ciuili, quia iurare nondum possunt, nam iusiu-
randum impuberis nullius esse ponderis, ex *authentica Sacramenta Puberum
C. si aduers. vend. et O. P. R. tit. 18. §. 4.* colligitur. Nihilominus in atro-
cissimis delictis, quale non est adulterium, ne duplicatum quidem, testem,
quatuordecim annorum interdum admisimus, tam marem, quam foeminam,
arg. can. 16. Causf. 22. Q. 5. L. 26. ff. de iureiur. Cogi tamen hac aetate nemo
poteft. MENKE *Pand. lib. 22. tit. 5. §. 6.* Neque sunt etiam testes XIV. anno-
rum omni exceptione maiores. Pro reo autem plene probant. *Vid. supra
Obs. LXXXI. et CXXXII.* Caeterum pubes factus potest testari de rebus, quas
in ea aetate vidit, qua pubertati erat proximus, non de iis rebus, quas
infans aut infantiae proximus vidit. *Plura s. v. Infantes.*

Pupillus

Pupillus inhabilis in causa tutoris durante tutela: BERGER *Oecon. Iur. lib. 4. th. 24. §. 3.* CARPZ. *P. 1. Const. 16. defm. 57.* nec adeoque cogi potest, BERGER *Elect. Disc. For. tit. 22. Obs. 1. n. 1.* imo nec finita tutela admittendus de rebus, quas tutores durante tutela gesserunt. In caeteris autem tutoris rebus finita tutela testes sunt omni exceptione maiores. De pupillari aetate vide *Impuberes.*

Registrator v. Iudex.

Relegati ex Academia studiosi testes omni exceptione maiores, MENKE *Pand. lib. 3. tit. 2. §. 4.* Caeteri autem relegati suspecti sunt, non plane inhabiles. vide *Inquisitus.*

Sacerdos v. Clericus.

Scenici licet infames hodie non sint, tamen ob leuitatem vitae, si iudici ita videatur, poterit eos aliquantulum suspectos reputare. *Obs. antecedens Regul. 1.*

Schaefer vide supra Pastores.

Schinder v. Excoriatores.

Seiltaenzer v. Scenici.

Senatores in causa senatus. v. *Vniuersitas.*

Senes Septuagenarii imo Octogenarii cogendi. MENKE *Pand. lib. 22. tit. 5. §. 17.* Vt tamen in suis aedibus examinentur, iure petunt, MENKE *lib. 22. tit. 5. §. 19.*

Singulares h. e. qui diuersis temporibus aut diuersis locis videntur, plene non probant, *L. 21. in fin. ff. de testib. cap. 24. et 47. X. de testib.* CARPZOV. *P. 1. Const. 16. defm. 40.* Qui non conueniunt in loco, tempore, aut aliis circumstantiis, saepe non tam sibi contradicunt, quam potius singulares putandi sunt.

Socer et Socrus contra generum aut nurum, siue duret siue solutum sit vinculum, non cogendi, *L. 4. ff. de testib.* licet BERGER in *Oecon. Iur. lib. 4. tit. 24. th. 3. not. 10.* dissentiat. Immo nec admittuntur volentes. MENKE *Pand. lib. 22. tit. 5. §. 11.* In causis tamen matrimonialibus v. c. dotis admittuntur, si quidem in his ne quidem parentes penitus exclusi; sunt tamen tunc quoque non omni exceptione maiores. Vide *Affinitas, Parentes.*

Socius in causa societatis testis nullus. In aliis causis ad societatem non spectantibus omni exceptione maior. Ex quo patet omnium bonorum socios plane inhabiles esse.

Soror

Soror v. *Frater*.

Sponsa et Sponsus plane inhabiles *L. 5. ff. de testib.* non solum inter se, sed etiam in causa parentum v. c. futuri foveri. Nempe maior in iis, quam ipsis coniugibus, amor feruet. *vid. Coniuges.*

Sponte se ingerentes suspecti olim videbantur, non hodie.

Spurii omni exceptione maiores. *L. 6. ff. de decur. v. Leuis notae.*

Studiosus v. *Vniuersitas* et *Relegatus*.

Stuprata omni exceptione maior. BERGER *Oecon. Iur. lib. 1. tit. 2. th. 13. num. 4. et in Responsis pag. 444.* vide *supra f. v. Meretrix.*

Subalternen. Vide *Vniuersitas* et *Officialis.*

Subditi non nisi semi testes. Nam vt in *L. 5. C. de testib.* habetur: *Eos testes adhiberi oportet, qui omni gratiae et potentatui fidem religioni iudiciariae debitam possint praeponeere.* vide *Obi. LVI.* Adde et *supra Famulus.*

Surdi et muti testimonium ab interpretibus signa eius capientibus relatum, si solum sit, plane nullum; quoniam iuris iurandi religionem non capiunt. v. *Mutus.*

Tagelöhner in causa locatoris operarum testis omni exceptione maior. v. *Famulus.*

Testamentarii testes. Ab iis non semper argumentari potest ad eos, qui contractibus interueniunt. *vide supra f. v. Haeretic.*

Torti, qui equuleum superarunt et ab inquisitione absoluti sunt, habentur omni exceptione maiores, vt tamen Regulam 1. antecedentis Observationes iudex non plane extra oculos ponat. Adde *Inquisitus.*

Transigens super delicto non capitali, putatur crimen commisisse. Itaque si delictum tale sit, quod aliquem intestabilem facit, pro tali reputandus, caeteroquin tantummodo aliquantulum suspectus.

Turca v. *Haereticus.*

Tutor pupillam nubens vel filio elocans non plane inhabilis, sed tamen aliquantulum suspectus. Caeterum tutoris et pupilli iura reciproca, vide igitur *Pupillus.*

Vasalli in criminali causa cogi non possunt. II. F. 33. §. 1. Nec cogi possunt in ciuili; si tamen velint admittuntur, licet L. 12. C. de testib. et L. 4. ff. eod. obstare videatur. In causa feudali, quando lis inter dominum et vasallos, cogi possunt. Tunc autem non omni exceptione maiores. *Obs. antecedens Regula 4.*

Venditor in causa euictionis, tanquam propria, repellitur, etiam si pactum de non praestanda euictione accesserit. Nihilominus enim hoc casu emtor re euicta, pretium repetit, L. 11. §. fin. ff. de act. emt. Si autem nouo pacto, etiam hoc: ne pretium repetatur, promissum sit, admittendus quidem erit, neque tamen omni exceptione maior est, vt supra s. v. Donator demonstrauimus. Dissentit WERNHER P. 2. *Obs. 371.*

Vicini sunt, vt ait BARTOLVS, qui se inuicem clamantes audire possunt. Sunt autem omni exceptione maiores.

Vidua intra annum luctus nubens omni exceptione maior, multo magis viduus intra semestre aliam vxorem ducens. BERGER *Oec. Iur. lib. 1. tit. 2. th. 13. n. 1.*

Vitrici et foceri eadem ratio, nempe vt inadmissibilis sit, etiam dissoluto vniculo; at in dote et matrimonialibus admittendi, licet omni exceptione maiores non habeantur. *vide Affinitas.*

Vniuersitatis membrum, si ex lite commoditas ad ipsum immediate quaedam redundare possit, plane non admittendum esse, omnes vno ore consentiunt. Attamen si non immediate, sed mediate demum quaedam ei ex testimonio utilitas affluat, v. c. si senator in causa senatus super detractionis gabella, de iure patronatus, de finibus iurisdictionis testimonium dicturus sit, collegii et vniuersitatis membra primus, quantum scio, BARTOLVS admisit arg. L. 7. §. 1. ff. quod cuiusque vniuers. nom. vbi verba: *Si quid vniuersitati debetur, singulis non debetur, nec quod debet vniuersitas, singuli debent.* Deinde etiam non repellendum statuit BARBOSA in *Locis communib. s. v. Testis num. 16. in fin.* et CARPZOVIVS P. 1. *Const. 10. def. 65.* Contra vero LEYSER *Spec. 283. med. 10.* negat se comprehendere, quomodo aliquid vniuersitati vtile sit, quod non et vtile sit singulis, cum publica salus priuatorum salutem firmet, et commodum commune etiam sit commodum singulorum. Nam et ciuem, qui nullam domum braxatoriam possideat, nec adeoque lucellum ex coquenda cereuisia immediatum speret, tamen gaudere, si in pago vbi degit, melior cereuisia coquatur. Inter lucrum autem maius et minus non distinguendum esse, Regula 4. antecedentis Observationis docuit. Recte LEYSER

RVS quidem, attamen vsus fori ideo, vt opinor, *BARTOLV*M sequitur, quoniam in causa vniuersitatis saepius veritas alia ratione vix haberi poterat. In nostro collegio ita distinguimus: Si nomen testis in Instrumento Syndicatus reperiatur, plane est inhabilis, quomodo enim simul litigans et testis esse possit? Si autem Syndicatus Instrumentum eius nomen non contineat, etiamsi sit membrum vniuersitatis, modo commodum non immediate ex testimonio suo speret, admittitur, si velit. Vbi tamen probe obseruandum est, etiamsi admittatur, tamen non omni exceptione maiorem testem esse. Nimia enim iam anomalia est, admitti eum, nedum ergo plures irregularitates concedamus. Semper enim tales, sua quodammodo in causa, testes suspicio perfidiae premit. Non igitur videri debent omni exceptione maiores. *BERGER El. Disc. For. tit. 22. Obs. 1. not. 6.* Imo vix soli admittendi, nisi simul alii testes, qui non sint de vniuersitate, illorum testimonium iuuent. Tunc enim demum tolerantur minus idonei testes, si eorum dicta, per testes fide digniores firmantur. *BARBOSA in Loc. Com. f. v. Testis, num. 6.* Ergo si duo eiusmodi conuicauit soli testes sint, neque eos dicasterium plane reiciat, faciunt tamen locum soli purgatorio, non suppletorio. Certe si, vt *BERGER P. 1. Supplem. tit. 22. §. 2.* probat, cogi non possunt ad testimonium dicendum membra vniuersitatis, neque etiam erunt omni exceptione maiores. *Obs. anteced. Regula 3.* Imo etiam ipsi alimentarij, qui *Altvater* und *Auszügler* vocantur, ne quidem plenum testimonium dicunt, vt supra f. v. *Auszügler* demonstratum. Vide etiam *Hausfler*.

Vsurarii vide Foeneratores.

Vterini vide Frater.

Vulnerati contra vulnerantem testimonium admittitur, si morte confirmatum; neque tamen omni est exceptione maius. *C. C. C. art. 25. §. zum sechsten.*

Vxor vide Coniuges.

Zingari tantam habeat fidem, quam mendicantes validi, quod verbum in superioribus vide.

Zinzendorffiani vide Haeretici.

CCXII. Si quis non neget alterum in possessione esse, sed obiciat, man habe es zeither aus bloßer Gefälligkeit geschehen lassen, tali precario, an vnquam et quomodo praescribatur? ex hoc meo responso priuato

apparebit: Obwohl die summarisch abgehörten Zeugen weiter nichts ausfagen, als daß der sogenannte Ireneus Weizen, den die Hüfner zu Themishayn an Ireneus Tage der Gerichtsherschaft liefern, kein Muß oder Recht, sondern bloß eine Liebe sey, und sie demselben Zeitbero nur aus guten Willen erschüttert, mancher einen halben Scheffel, ein anderer mehr, mancher weniger, was einen jeden in sein Belieben stünde, immasen dieses Getrayde niemals gemessen, sondern nur bey dem Verwalter in den Sack geschüttet worden, und was sie gebracht, hatte der Verwalter genommen, es were aber meist $\frac{1}{2}$ Scheffel gewesen, so ein jeglicher geschüttet; auch nur ein einziger Zeuge, dabey gestanden hat, als des vorigen Gerichts Herrns Tochter einzmals über Tische gefragt: Woher dieser Ireneus Zins ursprünglich herrührete? worauf der Vater nur so viel geantwortet habe: Er wüßte es selbst nicht, weil in dem Erbreghister davon nicht ein Buchstabe enthalten; Dieses alles aber, unzureichend, da die Zeugen nicht auf den Anfang der Sache zurücke geben, auch keine Umstände, woraus, daß dieser Zins Weizen bloß ein guter Wille sey, abzunehmen stünde? angeben, immasen eines Theils die Artickel allzugemein abgefasst, andern Theils man deutlich siehet, daß die Zeugen ein Precarium nur dabey schliesen, weil solch Getrayde niemals gemessen worden, gleichwol aber ein Zeuge nicht urtheilen, sondern Begebenheiten erzehlen soll, daneben ein Precarium, als ein seltener Vorfall und Art einer Freygebigkeit, da niemand leicht etwas wegwünst, keinesweges zu presumiren, CAROL. P. 2. Const. 41. defin. 18. vielmehr der Besitzer, bis nicht das Precarium, so ein ausdrückliches pactum zum Voraus setzet und res facti ist, deutlich dargethan, viel eine bessere Vermuthung als Gegentheil vor sich hat, aus welchen allen, daß wegen Lange der Zeit, da dieser Hafer erschüttet worden, die Gerichtsherschaft solchen nunmehr als eine Schuldigkeit verlangen könne, gefolgert werden möchte. Dennoch aber und dieweil das Precarium unter die Gebrechen eines rechtmässigen Besitzes gezehlet und derjenige, so etwas bitweise inne hat, nur für einen naturalem, nicht aber ciuilem possessorem geachtet wird. L. 41. ff. de acquir. vel amit. poss. in Betrachte daß ihm ein rechtmässiger Titel ermangelt, und die Gerichtsherschaft wider besser Wissen und Gewissen den Weizen als ein Recht verlangt, also in mala fide, so keine Verjehrung zuleisset, sich befindet, auch ob man eine bis auf Widerruf ertheilte Vergünstigung widerrufen wolle oder nicht? als eine res merae facultatis zu betrachten, bey welcher die Verjehrung nicht anders von staten gebet, als wenn dasjenige, so anfangs bitweise erhalten, nachher als eine Schuldigkeit gefordert wird, und Gegentheil sich dabey seit rechtsbewahrter Zeit beruhiget. (Vide supra Obferu. XXXIII.) Daß aber in gegenwertigen Falle ein solches geschehen, die Gerichtsherschaft nirgend für sich angezo-

angezogen, übrigen nicht allein ein Precarium, sondern gleicher Ursachen halber auch nicht dasjenige, so iure familiaritatis besessen worden, als Koppelhütung und Koppelweyde verjähret werden kan, *CARPZ. P. 2. Const. 4. defn. 14.* So mag denen Hüßnern, wenn sie, das ihre Vorfahren das Ireneus Gotreyde bloß bis auf Wiederruf versprochen haben, besser als geschähen, ausführen, die Verjähmung keinesweges entgegen gesetzt werden.

CCXIII. Hypothecae tacitae in feodis apud nos locum habent. *O. P. Vetus tit. 45. §. 8. 9. 10. 11. 12. 13. et 14.* Neque tamen omnes, sed illa e solum, quae in lege iam laudata aliisque nominatim nuncupantur, nempe 1) quae competit vxori ratione dotis aut dotalitii, *O. P. l. c.* 2) sororibus quae competit vel filiabus ratione dotis, *O. P. l. c.* 3) quam minores habent in feodo tutoris aut curatoris, 4) item ecclesiae, scholae et hospitalia, sed tantum in feodo administratoris siue patroni, si is ex aerario ecclesiae bona siue surripuerit siue, quod perinde est, mutuatus sit. Licet enim iure Saxonico ecclesiae tacitam hypothecam habeant in bonis creditorum, *Ordin. Proc. Vetus tit. 45. §. 4.* tamen hoc non procedit in beneficiariis nobilium praediis, nisi hoc solo in casu. Tandem 5) domino directo tacita hypotheca intuitu donatiuae loco seruitiorum militarium ipsi promissae competit. *Decis. Elect. 32.* Sed de his omnibus tacitis in feodo hypothecis hoc probe et iugiter notandum: competere tantummodo *IN SVB SIDIVM*, si allodium, quod prius excutiendum, non sufficiat, deinde tantum vim suam exhibere hypothecam tacitam *IN FRUCTIBVS*, si debitor filios reliquerit, non in substantia feodi, *O. P. Vet. tit. 45. §. 14. ad fin.* ibi: *Es soll aber gleichwohl die Hypotheca tacita denen Mitbelehnten nicht zum Nachtheil gereichen.* Si igitur tutor agnatos relinquat, ne ex fructibus quidem hi solvere tenentur eius pupillo; bene tamen sororibus dotem et viduae dotalitium. Nunc singulariter explicanda verba Ordinationis Processus Veteris sequentia: *So ordnen wir, das die Lehngrüber derer Vormünder, welche wir oder ein anderer Lehnherr unter uns gefessen constituiren werden, ihren Mündern von Zeit der Bestätigung, sintemalen dieselbe an statt des Consensus ist, stillschweigend hypotheciret seyn sollen, damit sie sich allein auf den Fall, wenn sonst keine Erbgüter vorhanden, an denselben erholen mögen, welches wir auch auf Kirben, Schulen und Hospitalien um ebenmässigen Favors willen erstreckt haben wollen.* Non habet ergo ecclesia pecuniam mutans tacitam in feodo debitoris hypothecam, sed tantum ex causa administrationis in bonis antistitis aut patroni, qui semper pro quasi administratore habetur, etiamsi certi aerarii curatores constituti sint. *vti F. I. L. mense Martio 1758. pronunciauit. Videatur etiam SIEGEL Princ. Iur. Feud. c. 10. §. 14.* Deinde pupilli tunc demum tacita hypotheca fruuntur, si tutor
 ipis

ipsis a domino feodi constitutus sit. RIVIN. tit. 45. en. 9. BERLICH P. 2. Concluf. 31. GRIEBNER in Discursu ad O. P. Veter. p. 621. ibi: Also gehet die tacita hypotheca subsidiaria nur an, wenn der Vormund von Lehnherrn constituiert worden, aber nicht wenns vom Landherren geschehen, da kann der Lehnherrliche Consens nicht tacite verstanden werden. Neque tamen haec refringenda ad solum feudalem tutorem den Lehns-Vormund, sed pertinent verba ad tutores etiam allodiales, si modo dominus directus, qui apud nos simul princeps territorii est, eum dederit.

CCXIV. In enormi laesione praedii tempore belli venditi, hae fere quaestiones obueniunt: An imminentibus illa tempestate hostilibus depraedationibus, ob metuenda quotidie incendia aliaque Martis pericula, venditio tali tempore facta potius aleae comparanda sit, et emtionis spei? in qua Lex 2. C. de resc. vend. cessat? In aestumando vero pretio, tempusne belli an pacis considerandum sit? Vtrum subhastatio in bello suscepta, ob laesionem ultra alterum tantum, rescindi possit? An, quia venditores scientes volentesque praedium vilius vendiderunt, rescissio ex Lege secunda C. de resc. vend. locum habeat? Vtrum emtor, restituere praedium iustus, detrahat contributiones solutas et alia onera bellica, quae interea passus est? An venditori, si pretium in viliori moneta absque protestatione semel acceperit, nihilominus ex L. 2. C. de resc. vend. agere liceat? quas quaestiones sequens Facultatis responsum soluit: Obwohldie Rechte des einen minderjährigen Verkäufers, in dieser theilbaren Sache, denen übrigen so bereits zu ihren Jahren kommen, wenn sie ausserdem für ihre eigene Person den Kauf zu hinterziehen kein Befugniß hatten, nichts helfen würden, auch zweifelhaft, ob: da Käufer der Witwe einen Auszug versprochen, wegen Ungewißheit ihres langen oder kurzen Lebens eine Verletzung in dem Beweise ausgeübet werden dürfte, hiernächst bey gedachten Rechtsmittel ex L. 2. C. de resc. vend. es nicht darauf, wie viel das Guth vorjetzo werth ist, ankommt, sondern die Zeit des getroffenen Handels zur Richtschnur angenommen werden muß, L. 8. C. de resc. vendit. damals aber wegen Krieges-Gefahr und großen Geldmangel, wenn auch das Guth öffentlich angeßlagen worden wäre, sich ein besserer Käufer schwerlich gefunden haben würde, bey welchen öffentlichen Steigerungen die Verkäuferer bekantermaassen, wegen Verletzung unter der Hälfte des wahren Werthes, keine Klage führen dürfen, weil den wahren Gehalt einer Sache zu ergründen, der öffentliche Anschlag für das allerseherste Mittel gehalten wird, Decif. nouiss. 19. vom Jahr 1746. auch die Verkäuferer sowohl das Angeld, als die verfällenen Tagezeiten in geringhaltigen Münzen einmal angenommen, und sich hierdurch stillschweigend aller ihrer An- und Zusprüche begeben zu haben scheinen, Hiernächst da der am andern November des 1763sten Jahres

ins

ins Land ergangener Befehl, wie es zwischen Pächtern und Verpächtern in Ansehung der Verletzung über die Helfte gehalten werden solle, heilsame Vorsehung getroffen, hingegen wegen der Kaufe nichts verordnet, es scheinen könnte, als wenn die höchste Landes-Obrigkeit die bereits völlig zu Stande gekommenen Veräußerungen unbeweglicher Güther, bey welchen der Käufer der größten Gefahr, das erkaufte Grundstück durch Feuer oder andere Verheerung während des Landverderblichen Krieges zu verlihren sich unterzogen, bey Kräften zu erhalten, die Meynung gehabt, und hierbey weder Rescission noch Nachzahlung genehmiget habe, weil die Umstände im Kriege so beschaffen waren, daß wegen häufiger und überschwancklicher Krieges-Abgaben, Lieferungen und Einquartierungen, auch Befürchtung fernerer Gefahr, wie hoch ein Guth zu schätzen sey, kaum bestimmt werden können, so daß es beynabe das Ansehen einer Alea gewinnet, wenn ein Käufer bey so gefährlichen Zeiten etwas an sich zu bringen gewaget, da denn bekant, daß bey Emissionibus Spei obgedachtes Rechtsmittel, so wegen Verletzung unter der Helfte die getroffenen Kaufe wiederum zerreiſet und aufhebet, seinen Abfall leide. L. 8. D. de emtion. vendit. L. 12. D. de action. emt. Uebrigens da die vorigen Besitzer wohl gewußt, daß das geerbte Guth mehr werth sey, zu Folge der Lehre einiger Rechtsgelehrten, BERGER Oecon. Jur. lib. 3. tit. 5. th. 18. not. 4. es scheinen möchte, daß auch solcher Ursachen halber keine Verletzung angeführet werden könne. Dennoch aber und dieweil bey Berechnung einer unter der Helfte des wahren Werthes sich zugetragenen Verletzung darauf, wie die Sache an und für sich ihrem innerlichen Werthe nach, ohne gewisse nur zufällige Umstände in Betracht zu ziehen, allgemein geschätzt wird, das Abschen zu richten, mithin da der Krieg ein seltener, und gegen die Zeit des Friedens zu rechnen, nicht lange daurender Zufall iß, darnach keine Würderung eingerichtet werden kan; Anbey der zur Zeit des Krieges gefchlossene Kauf eines Grundstückes, zwar einiger, nicht aber dergestaltiger Gefahr unterworfen, daß er mit einen Fiſchzuge oder Glückstopfe zu vergleichen, ſintemalen wenn schon Brandſchatzungen, Einquartierungen und Lieferungen währenden Krieges von dem erkauften Guthe geleistet werden müssen, gleichwobl der Käufer, sobald der Handel hinterzogen wird, diesfals wenig Schaden hat, weil, wenn er das Guth wieder abtritt, er die Brandſchatzung, als einen Aufwand, wodurch dasselbe vom Untergange gerettet worden, abzuziehen, arg. L. 39. §. 1. D. de minor. L. 43. §. 8. L. 21. §. 1. D. ad ad aedilit. edict. oder aber Fals er dasjenige, so den wahren Werthe annoch ermangelt, nachzahlen will, solche Contributionen mit in das nachzutragende Geld einzurechnen befugt, inmaassen auch, was Lieferungen und

Z

Ein-

Finquartierungen betrift, falls folche Kriegesbefehrwenden samt dem übrigen Aufwande, die eingebobenen Früchte überfteigen, ihm ebener maassen diefelben zu kürzen frey ftehet, übrigens die Regel, daß wer wiffentlich eine Sache zu wohlfeil verkaufe, fich über keine Verletzung beklagen dürffe, nur in dem Falle, wenn der Käufer eine liberalitatem ausüben wollen, fiat findet, (Obl. V.) hingegen, cum nemo in necessitatibus liberalis praesumatur, L. 18. D. de adimend. vel transfer. et argum. des allergnädigften unter den 20. Julii 1707. ergangenen im Anhanke der Proc. Ordn. Num. XXII. befindlichen Mandats, bey dem Falle; wenn man etwas aus Noth gedrungen, wiffentlich allzu wohlfeil hingiebet, ihren Abfall leidet, weil sonst die ganze Lex secunda C. de resc. vendit. felten oder niemals einen Verkäufer Vortheilbringen würde, wie denn besagtes Gefetze hauptsächlich zum Besten derjenigen, so aus Armuth ihre Sachen wohlfeil zu verkaufen, gedrungen werden, verordnet, ob aber, der ungewiffen Würderung eines der Witbe ausgefetzten Auszuges obgeachtet, das Guth mehr als die Helfte des nach Reduktion auf bessere Geldsorten gerechneten Kaufschillinges, zur Zeit des geschlossenen Handels werth gewesen sey, auf künftigen Beweis beruhet, und wir also, weil der Käufer dieses beyzubringen sich getrauet, daß er solches auch vermögend seyn werde, zum Voraus setzen, inmaassen nicht ganz unmöglich, daß auch der wegen verschiedentlicher Dauer des menschlichen Lebens einigermassen ungewiffe Werth des Auszuges dennoch ausgerechnet werden könne; (Obl. CXIV.) Hiernächst da das Guth nicht durch gerichtliche Versteigerung, sondern aus freyer Hand verkauft worden, oberegter Zweifel wegfällt, auch daß die Verkäufer in geringhaltigen Münzen den Kaufschilling ohne einigen Vorbehalt angenommen, ihnen zu keinem Nachtheile gereicht, anerwogen derselbe hierdurch allein des Rechtes ein Aufgeld zu fodern, nicht aber des Remedii ex L. 2. C. de rescind. vend. sich begeben, sintemalen alle Verzichtleistungen in engsten Verstande anzunehmen, daß abes in den Münz Edicte wie es gehalten werden solle, wenn der Verkäufer ex L. 2. C. de rescind. vend. klaget, nichts versehen, zu keinem Schlusse leitet, als ob der Gesetzgeber gar keine Ergänzung des wahren Werthes hierbey verstaten wollen, vielmehr daß allerdings auch bey denen währender Krieges geschlossenen Contracten, besagte Lex secunda Platz finde, das obangezogene die Pachtere und Verpachtere betreffende gnedigste Mandat, zu behaupten Anlaß giebet. So sind Hanss George! Dörings nachgelassene Erben die Mündigen, eben sowohl als der Unmündige, das bekante Rechtsmittel ex L. 2. C. de rescind. vendit. wieder den Käufer des Gutes anzustellen wohl befugt.

CCXV. Quaeritur vtrum suis sumtibus heres legatario legatum mittere, an hic petere et in heredis domo accipere debeat? Videri poterat, cum legatarius prius declarare debeat, vtrum accipere velit an spernere et repudiare legatum? antequam hoc declarauerit, heredem non in mora soluendi sed legatario in mora accipiendi esse. Nihilominus tamen respondimus: heredem, qui non intra trigefimum legatam rem legatario mittat, in mora versari, adeoque casum sentire *arg. O. P. R. Sax. ad tit. 45. §. 4. et Decis. nouiss. 12. d. a. 1746. L. 3. C. in quib. caus. restit. in integr. nec L. 26. §. 1. ff. de fideicommiss. libert. L. 47. §. fin. ff. de legat. 1. L. 26. ff. de legat. 3.* Neque obstant verba, quae primo intuitu contraria videri poterant, Legis 1. §. 2. ff. quod legat. ibi: *ab herede legata petere*, quoniam haec petitio plane alio sensu illic posita. Debet profecto legatario legatum solui absque omni eius impensa, §. 5. *Inst. de legat.* adeoque etiam heres tenetur transmissionis sumtus praestare. Similis quaestio mense Septembr. 1765. hoc modo directa: *Ist in Jahr 1764. ein Edelman mit Hinterlassung einer Witbe und eines Unmündigen Leibeslehns Erbens verstorben, worauf auf den Riturguthe R. sich ein Viehssterben ereignet, und 13. Kühe ungefallen, wannenhero: Ob das an der Viehsstube ungefallene weibliche feldgangige Vieh, so von einigen zur Morgengabe, von andern aber zur weiblichen Gerade gezahlet wird, der Witbe von ihrem Sohne, als dem Lohnfolger gut gethan werden müsse? Zweifel entsteht. Ob nun wohl, das der Unglücksfall die Witbe als Eigenthümerin, inmaßen sie dafür, wenn gleich die Uebergabe noch nicht erfolgt, allerdings zu achten, alleine tresse, es das Ansehen gewinnet; überdies die Entscheidung der ganzen Frage, ob der Sohn oder die Witbe in Verzuge gestanden? lediglich abhanger, und aber mit wahrscheinlichen Gründen behauptet werden möchte, als wenn der Sohn es ihr nicht anbieten, sondern sie vielmehr dieses Vieh hatte abholen lassen sollen, weil sie doch vor der Ausantwortung natürlicher Weise sich erklaret haben müsse: ob sie es haben wolle oder nicht? da denn, wenn sie diese Erklehrung nicht gethan, der Vormund ihr nichts zu ersetzen hatte, sondern sie diesen Schaden allein über sich geben lassen müste. L. 13. §. 8. ff. de act. emt. Nouell. 91. cap. 2. sintemalen die Regel: vbi nulla petitio, ibi nulla mora, in L. 8. ff. de reg. iur. gegründet. Dennoch aber und dieweil ein jeder, so eine fremde Erbschaft oder einen Theil derselben ohne rechtmessigen Titel und blos pro possessore besitzt, solche nebst erhobenen Nutzungen von der Zeit, da der Erblasser gestorben, abtreten oder widrigensfalls allen Schaden gelten muß, L. 20. §. ult. L. 25. §. 2. L. 40. princ. ff. de heredit. petit. Also dem Lohnfolger obgelegen hatte, ihr das weibliche Vieh binnen rechtmessiger Zeit*

anzubietben und zu überliefern, da ein jeder, so etwas auf einen gewissen Tag schuldig ist, sich selber mahnen muß, L. 12. C. de contrah. stipul. L. 23. ff. de oblig. et act. L. 9. §. 1. ff. de vsur. und aber zum Zahlungs-Termin in Erbschafts Sachen der dreysigste, nach Sachsen-Rechte, bestimmet; endlich das Unglück nur alsdenn den Eigenthümer trift, wenn solches, ganz von ungefahr, ohne das jemanden die geringste Schuld beyzumessen, sich ereignet, und die Vorschrift L. 88. ff. de reg. iur. nur von dem Falle, wenn kein Zahlungs-Termin bestimmet, anzunehmen; So ist der Leibes-Lehns-Erbe seiner Mutter den Werth derer nach dem Dreysigsten umgefallenen Kühr zu erstatten schuldig, es were denn, das er solche ihr angeboten, sie aber dieselben nicht abgeholt hatte. Quae cum ita sint, generalem regulam formamus: Non solum mutui sed omnem debitorem legatum aut aliam rem debitam offerre debere creditori, si certus dies praefinitus; contra si nullum certum tempus definitum sit, v. c. So bald möglich, nach guter Gelegenheit etc. moram non committi, nisi creditor interpellatione quadam rem petierit. Vide supra obseruationem CXL. in qua haec omnia fusius et copiosius demonstrata.



Leipzig, Diss., 1766-H-Z


ULB Halle
007 391 528

3



TA → OL







9008

1766,33.

RHAPSODIAE

Quaestionum in foro quotidie obuientium

neque tamen legibus decisarum

Collectionem IX.

P R A E S I D E

CAROLO FERDINANDO HOMMELIO

FACULTATIS IURIDICAE LIPSIENSIS

ORDINARIO

DIE XX. FEBRUARII MDCCLXVI.

P R O O B T I N E N D A

I N V T R O Q V E I V R E D O C T O R I S

D I G N I T A T E

D E F E N D E T

I O H A N N E S F R I D E R I C V S B A V E R

L I P S I E N S I S .

L I P S I A E

E X O F F I C I N A L A N G E N H E M I A .

